Noverint universi quod ego Guillelmus Ferrarii de Thesauraria illustrissimi domini Regis procurator pro dicto domino Rege cum littera sive carta eius patenti cum suo sigillo minori in cera rubea impresso sigillata
tenor cuiusquidem sequitur in hiis verbis Martinus dei gratia Rex Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie fideli de nostra Thesauraria Guillelmo Ferra
rii Salutem et graciam. Quoniam universitates huius Regni Valencie contra quas cum aliis litteris nostris per Gubernatorem dicti Regni vel eius locumtenentem procedi mandavimus causa premissi ex eo quia ut nostro auditui fuit deductum
non nulle earum ausu temerario dictum privilegiis et concessionibus quas habere pretendunt imponendi colligendi et levandi sisas vel imposiciones barthagia et alia vectigalia abusse fuerint et alique earum ipsas sisas imposi
ciones barthagia et vectigalia absque nostri et predecessorum nostrorum licencia et concessione imposuerint et [illegible] magis eligent viam composicionis assumere quam iudicium [illegible] iudicium subintrare Quare no
lentes erga universitates ipsas benigne nos habere confisi ad plenum de sufficiencia et animi probitate vestri dicti en Guillelmi Ferrarii vos eundem Guillelmum facimus constituimus et ordinamus procuratorem nostrum certum et specialem
ad componendum seu ad composicionem admittendum nomine nostro et pro nobis omnes et quascumque ex dictis universitatibus que ratione predicta nobiscum componere voluerint pro illis pecunie quantitatibus pro quibus nobis bene visum
fuerit ipsasque quantitates pecunie recipiendum Et apocam vel apocas de recepto et quecumque alia supra dictis universitatibus ratione predictorum necessaria nostro nomine faciendum concedendum et firmandum Nos enim composicio
nes ipsas et omnia alia que in predictis et ratione eorum feceritis nunc pro tunc laudamus approbamus ratificamus et confirmamus et eciam ad uberiorem cautelam cum dicte composiciones per vos facte fuerint remittimus perdonamus
ac eciam relaxamus universitatibus predictis omnes penas tam civiles quam criminales et alias quascumque quas ratione premissorum incurrerint supradicta. nec non absolvimus et diffinimus easdem ab omni et quacumque accione questione
peticione et demanda tam civili quam criminali et quacumque alia quam seu quas nos seu quivis officiales nostri facere possemus seu possent modo vel inceptare ratione predicta contra easdem universitates et earum singulares
et bona earum et eorum et cuiuslibet earum vobisque et eis silencium imponimus sempiternum Mandantes universis et singulis officialibus nostris presentibus et futuris quatenus omnia et singula per vos circa predicta nostro nomine
facienda teneant irrefragabiliter et observent et observari faciant per quoscumque. De pecunia vero ex presenti provisione Thesaurario et de iure sigilli Berengario Sarta secretario nostro tenebimini respondere Dat
Cesarauguste sub nostro sigillo minori prima die Iunii Anno anativitate domini Millesimo Quadringentesimo primo Franciscus de Blanes. Et sciens attendens questionem fore motam coram honorabili [illegible] Petro Moraria milite
nunc locumtenente Gubernatoris citra rivum Sexonis inter discretum Iohannem de Singularia procuratorem fiscalem dicti domini Regis ex una parte et vos iuratos et probos homines universitatis loci de Vila
famez vel sindicum [illegible] ex parte altera. Dicto procuratore fiscali asserente quod vos in magnum dampnum et preiudicium iurium et regaliarum dicti domini Regis et absque licencia ipsius a viginti quinque annis citra imposuistis imposicio
nes et alia vectigalia tam in extraneis quam in privatis et posito quod licencia concessione a dicto domino Rege ipsa abusi fuistis non dividendo seu distribuendo dictas imposiciones seu vectigalia in illis usibus in quibus
nobis fuerunt concesse et exhigistis ipsas ultra tempus vobis concessum sine colorato et fraudoloso [illegible] dictas imposiciones et alia vectigalia cum aliquibus arrendamentis per vos factis de carniceria
dicti loci de Vilafamez et aliis in magnum preiudicium dicti domini Regis Quare dictus procurator fiscalis requirebat dictum honorabilem locumtenentem Gubernatoris quod vos et dictam universitatem condempnaret in illis
penis foris et privilegiis [illegible] et fore carentibus ad sui arbitrium et eciam in restituendo dicto domino Regi omnes pecunias ex dictis imposicionibus collectas ut in peticione per dictum procuratorem fiscalem coram
dicto honorabili locumtenente Gubernatoris ut iudice competenti duodecima die Marcii Anno anativitate domini Millesimo Quadringentesimo inscriptis proposita liquet et alia latius continentur. Considerans [illegible]
per vos dictos iusticie iuratos et procuratores dicte universitatis dicti loci michi dicto Guillelmo Ferrarii nomine quo supra fore benigne postulatum quod ad ipsius litis missiones et expensas evitandas admitterem vos ad compositionem
composicionis dicti iudicii expectantis et facerem vobis absolucionem et remissionem de predictis et infrascriptis. Ego igitur vero pretextu [illegible] et aliquorum venerabilium hominum pro parte vestra desuper michi benigne acceptante
Considerans quod cum littere per dictum concessis componere nobiscum de predictis pro quantitate infrascripta. Et ad hec sciente et consentiente dicto procuratore fiscali. Predicta auctoritate et potestate michi [illegible] et vigore
eciam [illegible] prout valuero et in aliquo non revocatorio absolvo [illegible] relaxo vobis dictis iusticie iuratis [illegible] et universitati
dicti loci [illegible] omnem accionem questionem peticionem [illegible] tam civilem quam criminalem quam seu quas dictus procurator fiscalis seu alius loco dicti domini Regis posset aut inceptare [illegible] et a dictis viginti
Quinque annis citra usque in presentem diem et accione et occasione in dicta peticione seu demanda contentis. Imponens dicto procuratori fiscali seu alie cuilibet persone pro dicto domino Rege in presenti causa
perpetuum silencium sempiternum sicud melius plenius fama ac bonis potest dici scribi et intelligi ad comodum et salvamentum vestri et vestrorum [illegible]. Pro quaquidem remissione et absolucione confiteor
habuisse viginti florenos curramarzanos Unde renuncians scienter omni excepcioni pecunie predicte non numerate et habite non recepte ut [illegible] presentem absolucionis et remissionis [illegible] vobis et dicte universitati
gerimus non facere et [illegible]. In testimonium omnium premissorum presentem fieri iussi per notarium subscriptum. Quod est actum Castillionis decima sexta die mensis Iunii anno anativitate domini Millesimo Qua
dringentesimo primo. Sig+num mei Guillelmi Ferrarii predicti qui hec nomine quo supra laudo concedo et firmo.

Testes huius sunt venerabiles Iohannes Miralles licenciatus in legibus habitator ville Castillionis et Bernardus Lorach Rector loci de Vilafamez.

Sig+num Iohannis Tallada notarii publici auctoritate Regia per totam terram et dominacionem illustrissimi domini Regis Aragonum. Qui predictis interfuit eaque scribi
fecit clausitque loco die et anno prefixis cum raso correctoque in linea [illegible] ubi legitur [illegible] ego.